

St. Eusebius, Bishop of Vercelli, in northern Italy, battled for the Church in the evil days of the Arian heresy. Having for six years and more endured imprisonment and exile, upon his death in A.D. 371, he was honored as a saint and a martyr.

**INTROIT Daniel 3: 84, 87**

Sacerdotes Dei, benedicite Dominum: sancti et humiles corde, laudate Deum. (Daniel 3: 57) Benedicite, omnia opera Domini, Domino: laudate et superexaltate eum in saecula. Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen. Sacerdotes Dei, benedicite Dominum: sancti et humiles corde, laudate Deum.

**COLLECT**

Deus, qui nos beati Eusebii Martyris tui atque Pontificis annua solemnitate laetificas: concede propitius; ut, cujus natalitia colimus, de ejusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.

*Commemoration of the Advent feria*

Aurem tuam, quaesumus, Domine, precibus nostris accommoda: et mentis nostrae tenebras, gratia tuae visitationis illustra: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

**EPISTLE 2 Corinthians 1: 3-7**

Fratres: Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: ut possimus et ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt, per exhortationem, qua exhortamur et ipsi a Deo. Quoniam sicut abundant passionibus Christi in nobis: ita et per Christum abundat consolatio nostra. Sive autem tribulamur pro vestra exhortatione et salute, sive consolamur pro vestra consolatione, sive exhortamur pro vestra exhortatione et salute, quae operatur tolerantiam earumdem passionum, quas et nos patimur: ut spes nostra firma sit pro vobis: scientes quod sicut socii passionum estis, sic eritis et consolationis: in Christo Jesu Domino nostro.

**GRADUAL Psalms 8: 6, 7**

Gloria et honore coronasti eum. Et constituisti eum super opera manuum tuarum, Domine.

**LESSER ALLELUIA**

Alleluja, alleluja. Hic est sacerdos, quem coronavit Dominus. Alleluja.

**GOSPEL Matthew 16: 24-27**

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. Qui enim voluerit animam suam perdere, facere, et inveniet eam. Quid enim prodest homini, si mundum universum lucratur, animam vero suam detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum angelis suis: et tunc reddet unicuique secundum opera ejus.

**OFFERTORY Psalms 88: 21-22**

Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum.

**SECRET**

Munera tibi, Domine, dicata sanctifica: et, intercedente beato Eusebio Martyre tuo atque Pontifice, per eadem nos placatus intende. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.

*Commemoration of the Advent feria*

Devotionis nostrae tibi, quaesumus, Domine, hostia jugiter immoletur: quae et sacri peragat instituta mysterii, et salutare tuum in nobis mirabiliter operetur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

**PREFACE OF ADVENT**

Vere dignum et justum est, aequum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, aeterno Deus: per Christum Dominum nostrum. Quem perditio hominum generi Salvatorem misericors et fidelis promisisti: cujus veritas instrueret inscios, sanctitas justificaret impios, virtus adjuvaret infirmos. Dum ergo prope est ut veniat quem missurus es, et dies affulget liberationis nostrae, in hac promissionum tuarum fide, piis gaudiis exultamus. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia caelestis exercitus, hymnum gloriae tuae canimus, sine fine dicentes:

**COMMUNION Psalms 20: 4**

Posuisti, Domine, in capite ejus coronam de lapide pretioso.

**POSTCOMMUNION**

Haec nos communitio, Domine, purget a crimine: et intercedente beato Eusebio, Martyre tuo et Pontifice, caelestis remedii faciat esse consortes. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.

*Commemoration of the Advent feria*

Imploramus, Domine, clementiam tuam: ut haec divina subsidia, a vitiis expiatis et festa virtura nos praeparant. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

O ye priests of the Lord, bless the Lord: O ye holy and humble of heart, praise God. (Daniel 3: 57) All ye works of the Lord, bless the Lord: praise and exalt Him above all for ever. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. O ye priests of the Lord, bless the Lord: O ye holy and humble of heart, praise God.

O God, Who dost gladden us by the annual feast of blessed Eusebius, Thy Martyr and Bishop: mercifully grant that we who celebrate his heavenly birthday, may also rejoice in his protection. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Incline Thine ear, we beseech Thee, O Lord, to our petitions: and, by the grace of Thy visitation, enlighten the darkness of our minds. Who lives and reigns, with God the Father, in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren: Blessed be the God and Father of our Lord Jesus Christ, the Father of mercies and the God of all comfort. Who comforteth us in all our tribulation; that we also may be able to comfort them who are in all distress, by the exhortation wherewith we also are exhorted by God. For as the sufferings of Christ abound in us: so also by Christ doth our comfort abound. Now whether we be in tribulation, it is for your exhortation and salvation: or whether we be comforted, it is for your consolation: or whether we be exhorted, it is for your exhortation and salvation, which worketh the enduring of the same sufferings which we also suffer. That our hope for you may be steadfast: knowing that as you are partakers of the sufferings, so shall you be also of the consolation, in Christ Jesus our Lord.

Thou hast crowned him with glory and honor. And hast set him over the works of Thy hands, O Lord.

Alleluia, alleluia. This is the priest whom the Lord hath crowned. Alleluia.

At that time, Jesus said to His disciples: If any man will come after me, let him deny himself, and take up his cross, and follow me. For he that will save his life, shall lose it: and he that shall lose his life for my sake, shall find it. For what doth it profit a man, if he gain the whole world, and suffer the loss of his own soul? Or what exchange shall a man give for his soul? For the Son of man shall come in the glory of his Father with his angels: and then will he render to every man according to his works.

I have found David My servant, with My holy oil I have anointed him: for My hand shall help him, and My arm shall strengthen him.

Sanctify, O Lord, the gifts dedicated to Thee, and through them, by the intercession of blessed Eusebius, Thy Martyr and Bishop, graciously regard us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May the sacrifice of our devotion, we beseech Thee, O Lord, be always offered unto Thee: that it may both fulfill the end for which Thou didst institute this sacred mystery, and wonderfully work in us Thy salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, who lives and reigns in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times and places give thanks unto Thee, O holy Lord, almighty Father, eternal God, through Christ our Lord; for in Thy mercy and fidelity Thou hast promised Him as Savior to the lost race of men, to instruct the ignorant with His truth, justify the wicked with His holiness, and help the weak by His power. Now that the time draweth nigh that He Whom Thou art to send should come, and the day of our liberation should dawn, with faith in Thy promises, we rejoice with holy exultation. And therefore with the Angels and Archangels, with the Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing a hymn of Thy glory, evermore saying:

Thou hast set on his head, O Lord, a crown of precious stones.

May this Communion, O Lord, cleanse us from guilt: and through the intercession of blessed Eusebius, Thy Martyr and Bishop, may it make us sharers in the heavenly healing. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

We implore, O Lord, Thy mercy: that these divine helps may expiate our sins, and prepare us for the approaching feast. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.